¶ Vtrum filius qui cõiter reputatur filiꝰ vi 13
ri ⁊ vxoris teneatur credere vxori dicēti eum
illegitimũ. vide. s. Adulteriũ. §. v.
¶ Vtrum ex contractu parentum quis conſti 14
tuatur filius. Reſpon. Pa. vbi. s. ꝙ ex nomi
natione filij ⁊ tractatu vt filij cõſtituitur quis
in poſſeſſione filiationis etiã ſi ſit natus extra
domũ. Vnde ibideʒ dicit dominus Anto. quē
ſequitur Panor. vbi. s. ⁊ no. Butri. in. l. qui
dam. ff. de proba. ꝙ tractatus parentum. pu
ta quia illi tractabant eum vt filium. ⁊ ipe eos
vt parentes probat aliquem filiũ alterius. im
mo plus vult glo. in capitulo trãſmiſſe. qui fi.
ſunt legi. ꝙ ꝓbatio huius tractatus p̄fetur ne
gationi parentũ. Item do. Anto. in. d. c. vult
ꝙ etiam ſola fama probet filiuʒ ſi nihil probe
tur in contrarium.
¶ Quid ſi probetur ꝙ vxor eo temꝑe cõmiſit 15
adulterium quo talis conceptus eſt. Reſpon.
Panor. in dicto capitulo tranſmiſſe. ⁊ capi
tulo per tuas. eodem titulo ꝙ ſi pater ſeu ma
ritus cohabitabat eo tempore cuʒ vxore repu
tabitur legitimus. q2 cuʒ poſſit eſſe filius vtri
uſꝗ debemus fauore filioꝝ p̄ſumere ꝙ ſit fili
us mariti potius q̄ꝫ adulteri. pro hoc eſt text.
in lege miles. §. defuncto. ff. de adulterijs. l. q2
ſemper. ff. de inius voca. Idem dic de filio na
to de concubina retenta in domo. vt ſemꝑ pre
ſumatur filius concubinarij. vt habes gloſam
ſingularem in capitulo michael. de filijs p̄ſbi
terorum. Secus ſi fuiſſet abſens tanto tem

poꝛe q̄ nō potuiſſet eū generare vt.ff.de his q̄ ſunt ſui vel alie.in.l.filiū.

16 ¶ Utrū filius natus ex illis q̄ poſt mr̄imoniū ɔctū de cōi cōſenſu fecerīt votū.vel qn̄ alt̄ intra uit religionē ⁊ repetitus fuit ſit legitim⁹.vide .j.Matrimoniū.iij.Impedimētū.v.§.v.

17 ¶ Utrū appellatōe filioꝝ veniāt naturales tā tū.R. Pa.in.c.i pn̄tia.de pba.q̄ aut apparet de tacita volūtate diſponētis.vt q2 ē eadē rō de legitimo ſicut de naturali.⁊ tunc veniūt et naturales.ſiue tractet̄ de pena.ſiue de ɔmodo ſiue in legib⁹.ſiue in ſtatutis vel teſtamentis ⁊ hmōi. Si xo nō apparet de mēte.tūc ſi tra ctatur de comodo veniunt et naturales.xxv. q.vij.c.vnico. Et h ex benigna interp̄tatōe po tius q̄ꝫ ex ſignificatōe ꝓpria.q2 ex ꝓpria ſigni ficatōne nomine liberoꝝ vel filioꝝ veniūt ſolū mō naturales legitimi nō adoptiui vel natura les tm̄.vt in.l.ſi ita quis.§.fi.ff.de le.ij.nō ve niūt etiā vbi tractat̄ de comodo.ſpurij ⁊ ex co itu damnato nati.

18 ¶ Utrū filius denoīetur a pr̄e. R.n̄.q̄ ſic.de iure.vt in.c.ij.de conuer.in fi.⁊ inſti.de le.ag. tu.§.j. Et hoc q2 ſequit̄ familiā ⁊ agnationē pr̄is. Nec ob.c.rainutius.de teſta.q2 ſm Jo. an.illud erat ꝑ ſupbiā.q2 mr̄ erat nobilioꝛ.vn̄ filius ſeq̄tur ꝑuilegiū pr̄is.in tribus. Primo q̄ ad honoꝛes. Secūdo q̄ ad curialem cōditio nem. C.de decur.l.eos.l.exemplo.⁊.l.nullus. Tercio q̄ ad origīnē.ff.ad munici.l.j.vide gl.i c.dicat.xxxij.q.iiij.⁊.gl.in.l.cū legitime.ff.de ſta.ho. De illegitimis dic.vt in.§.ſe.

19 ¶ Utrū illegitimus ſeq̄tur cōditionē ſimilit̄ pr̄is. R.n̄.q̄ nō de iure.ſed mr̄is ſm gl.quā ſe qn̄tur cōiter doc.in.c.j.de cōiu.ſer.q̄ vult q̄ partus ancille erit penes dn̄m ancille.l.⁊ ſer uoꝝ.in ꝑnc.ff.de ſta.ho.pro quo facit tex.in.l. partū. C.de rei ven.⁊ no.in.c.vnico.de na.ex li.ven.⁊ in.c.fi.de ſer.nō oꝛ.⁊ inſti.de iu.ꝑſo. §.fi. Nec ob.c.liberi.xxxij.q.iiij.vbi dr̄ ſemꝑ qui naſcitur deterioꝛē partem ſumit.ſed expo ne deterioꝛē.ſ.matris que fragilioꝛ eſt. Hoc tamen limitat Pa.in.c.iꝫ.de cōiu.ſer.vel niſi cōſuetudo vel ſtatutū habeat aliud.ſicut ho die ē q̄ natus ex ancilla nō ē ſeruus ſi pater ē liber. Quod no.

20 ¶ Utrū pr̄ ⁊ mr̄ teneantur alere filios. R.n̄.q̄ ſic.de q̄ vide.s. Alimēta.§.j.niſi i.v.caſibus. q̄s not. Pa.in.c.cū hr̄et.de eo qui dux.in ma. quā po.ꝑ adul. Primus ſi filius eū accuſauit vt.l.ſi q̄s a liberis.§.item iudex.ff.de li.agno. Secūdus ſi pr̄ eget ipe.q2 nō tenet̄ vltra q̄ p̄t. d.l.ſi quis.§.ſed ſi filius. Tercius ſi filius cō miſit crimen ingratitudinis contra patrem.l. ſi patrem. C.de alen.libe. Quartus ſi fili⁹ ha bet artem vel aliud vn̄ viuat.d.§.ſed ſi filius. ⁊.§.alimenta.ibidē. Limitat tn̄ hoc ſm Bar. in tractatu alimentoꝝ niſi ſit filius nobilis q̄ eū dedeceat in tali arte operari. Quint⁹ iune oēs cāe ex q̄bus pr̄ pōt exheredare filiū.ita ⁊ denegare alimēta de quibus vide.s. Exhere datio.⁊.j. Ingratitudo.§.iij.

¶ Sed ſi diuoꝛtiū fiat apud quē dꝫ ali.⁊ qui bus expēſis. R.n̄.q̄ extimabit iudex penſatis 21
circūſtātijs.puta q2 minoꝛ triēnio apud mr̄ē ⁊ hmōi.vt nota.in.l.vnica. C.de diuoꝛ.fac.⁊ apud quē li.edu.⁊ in autē.ſi pr̄.ibidē poſita vbi dicitur q̄ ſi pat̄ fuit cā diuoꝛtij nutrietur apud matrem expenſis pr̄is.ſi mō mater non couolauit ad ſecūdas nuptias.ſi xo mater de dit cauſam apud pr̄em expenſis mr̄is locuple tis.niſi pat̄ minus idoneus ſit.quia tūc apud mr̄em locupletem.niſi alter eoꝝ eſſet infidelis q2 apud fidelē ſunt alendi vt patet ꝑ ea q̄ dixi ſup̄ Baptiſmus.vj.§.xj.

¶ Utrū fili⁹ magis teneat̄ ſubuenire pr̄i q̄ꝫ er 22
neo. R.q̄ pr̄i et infideli q̄ꝫ extraneo fideli ceteriſ paribus.vt no.gl.xxx.di.c.j.⁊.xlij.di.quieſca mus.⁊.lxxxvj.di.non ſatis.

¶ Eſt filius q̄ nō habet niſi vnū panē ⁊ habet 23
patrem qui fame perit.⁊ filiū ſimilit̄ cui debꝫ ſubuenire. R.n̄. Ly.in.l.ij. C.de pa.q̄ fi.di.q̄ potius patri q2 poſſet eum vēdere. Ego addo q2 ius diuinū ſic eū obligat.quod dicit. Ho noꝛa pr̄em ⁊c. Et quando dicit̄ q̄ amoꝛ maḡ deſcēdit q̄ꝫ aſcēdat.l.iſti quidē.§.fi.ff.q̄ō me. cā.l.liberoꝝ.ff.de xbo.ſig.⁊.l.liberi.⁊ ibi gl. ff.de inoffi.teſta. R.n̄. Ja.ibidem.q̄ verum ē quo ad oꝛdinem dilectionis.non tamē quo ad effectum obligationis.nam per natiuitatē fi lioꝝ non debet conditō aui fieri deterioꝛ.quia iam habet illum obligatū. Sed in cōtrarium facit q̄ō no. Bar.in.l.ſi quis a liberis.in.§.fi. vel parēs.ff.de li.agno.vbi dicit poſt gl.q̄ pa ter tenetur alere filiū de iure naturali.⁊ filius tenet̄ alere pr̄em de iure gentiū.⁊ ſic videtur foꝛtius vinculū quo tenetur pater filio q̄ꝫ quo tenetur filius patri. Contrarium tamē deter minat in.l.j.in fi.ff.de iu.⁊ iure.facit etiā con tra q̄ō no.bar.in.l.nō quemadmodū.ff.de li. ag.vbi vult q̄ ſi quis habet patrem ⁊ filiū di uites ⁊ indiget alimētis q̄ potius debet pete re a patre ſuo q̄ꝫ a filio rōne ꝑdicta. 24

¶ Utrū filius poſſit nubere ſine lnīa pr̄is. R. q̄ ſic.tam maſculus q̄ꝫ femina.q̄uis nō expe diat.vide.s. Dos. Et quō tenet̄ eam dotare

que nupſit ſine ſcitu patris in.§.iiij.
6 ¶ Utrum poſſit vouere. vide.j.votum.ij.§.v.
7 ¶ Filiuſfa. viuente matre emācipatus acqui-
rit vſumfructum in maternis bonis ꝓ virili.i.
pro media parte ſi eſt vnus filius ⁊ pater pro
alia poſt mortem matris. caſus eſt. C. de bo.
mater.l.ſi viua matre. Idem dic in nepotibꝰ
⁊ pronepotibus. Idem dic ſi ſunt plures filij
quia pro virili parte ſimul cum patre. Sed ſi
aliqui ſunt emancipati. aliqui in patria pote
ſtate pro virilibus partibus venient oēs. ſꝫ
vſuſfructus nō emancipatoꝝ remanebit apud
patrem. vt in.d.l.ſi viua.
28 ¶ Sed nūquid idem erit in alijs bonis aduē-
ticijs. R ñ. ꝙ nō. ſed ſolum in maternis. vt no.
glo.in.d.l.ſi viua.
29 ¶ Utrum filius poſſit agere contra patrem.
Rñ. Pa.in.c.nō ē. de ſpon. ꝙ ſic rōe peccati
alis non eſt admittendus. vt no.glo.in.c.ſi ec-
cleſia.xxiij.q.iiij. Sed glo.in.c.queritur.ij.q.
vij.tenet ꝙ pōt in caſtrenſi cā ciuiliter non in
alia.ff.de iudi.l.is nulla. ⁊ etiam in quaſi ca-
ſtrenſi.vt.ff.de fur.l.ſi quis vxori.§.vlt.o. nō tñ
de furto ſed actione in factum. C.de dolo ma.
l.ſupſtite. Et hoc nō exiſtens emācipatus ſed
emancipatus bñ poteſt agere petita venia ⁊ im-
petrata. C. de in ius vo.l.vlti. ſed in criminali
cauſa non auditur.ij.q.j.prohibentur. niſi in-
iuriam in ipm commiſerit. vt. C. de pa.poteſta-
te.l.congruentius.
30 ¶ Ad quid tenētur filij parentibus. R. vt col
ligo ex Ale. de ales.in.iij.par.ſum. in tracta-
tu de.iiij.pcepto. ꝙ ad tria de precepto. Pri-
mū ē ꝙ teneť eos diligere. Rō qꝛ cū filius ſit
obligatus anime patris ⁊ matris ex cuiꝰ ope
ratōnis ꝟtute generatus ē teneť ei repēdere.
qđ nō poteſt in alio niſi amando. qꝛ ſic conſo-
latur eos cū hoc perpendūt. Et hoc ē qđ dicit
Hiero.li.de honore parentū. Redde amoris
vicem. ⁊ Io.xiiij. vt cognoſcat mūdus. ⁊c̄.q.
d. exemplum capiendo ꝙ diligo patrem. ⁊ nō
ſufficit ꝙ conſiſtat in corde. ſed oportet oſten
datur in ſigno. nec debꝫ eſſe amor quo obliga
mur oēs diligere. ſꝫ ſpālis ⁊ pcipuus. Et ꝓ-
pterea nō excuſo a mortali filios qui nūq̄ ſi-
gna amoris oſtendunt parentibꝰ imo ſemꝑ lo
quūtur dure ⁊ videntur eos hr̄e exoſos. Secū
dum ad quod teneť ⁊ obedire in his q̄ ptinēt
ad diſpoſitionem rei familiaris. et multo ma-
gis in neceſſarijs ad ſalutē. vt ſunt ea q̄ ptinēt
ad bonos mores. In his ſcienter ꝯtemnens
obedire mortaliť peccat. Secus ſi ex inaduer
tentia vel raro ſine contemptu. qꝛ vť veniale.

Ad alia aūt obedire eſt de conſilio ſolū. Ter-
ciū eſt ꝙ debēť eis in neceſſarijs ſubuenire. ſi-
ue ſint infirmi vel alia neceſſitate. vñ mortali
ter peccāt qui cū poſſint eoꝝ neceſſitatibꝰ nō
ſubueniūt niſi forte eſſet quid minimū.
¶ Utrum malicia patris noceat filijs. R. ꝙ 31
ſic. q̄ntum ad penā temꝑalem. vt patet. C. ad
l.iul.maie.l.q̄ſquis. ⁊ in.c.cum ſm̄. de here.li.
vj. ⁊ in.c.niſi cū pdē.§.j.de renū.lvj.di. nūq̄.
⁊.c.naſci. Item etiam ad penā eternam ꝓpter
malū exemplū vel malam curam. vt de Hely.
j.R.j.facit.c.ſi gens.lvj.diſ. Similiť malicia
filij inducit preſumptionem cōtra patrem. vj.
q.j.qui crimen.xxxvij.di.legant.
¶ Utrum poſſit filius intrare religionē ⁊ an
teneať ad eius miſtratōnem ingreſſus. vide.j. 32
religioſus.§.xj. ⁊.§.xxxj.
¶ De filijs illegitimis ordinandis. vide.j.or
do.iij.§.xiiij. 33
¶ Quomodo filij acquirūt ſibi ⁊ nō alijs fra
tribus: vide.j.peculiū.
FInis aliquando inſpiciēdus eſt. ali 34
quando medium. aliquādo principiū
vide multas allegatōes in.c. ſciētes.
de cenſi. Et eſt queſtio brocardica.
FIſcus ē burſa ceſaris vł principis.
xvj.q.vij.maiores. vel poteſt dici ꝙ fi
ſcus hodie eſt ſaccus ſine conſciencia
qui imburſat omnia queſita male. ff.de.calū.
l.in heredem. ⁊.ff.de inoffi.teſ.l. papinianus.
meminiſſe.
¶ Utrū fiſcus pferatur alijs creditoribus. vi- 1
de.j.Reſtitutio.ij.§.xvj.
¶ Fiſcus turpia lucra et ab heredibus extor-
quet lꝫ crimina ſint extincta. d.l.i heredē. i pn. 2
FLagella quomō ſunt ſatiſfactoria.
vide.j.ſatiſfactio.§.viij.
FLetus de mortuis improbatur. xiij.
q.ij.q̄ꝫ prepoſterum.
FOmes eſt lāguor nature qui carnis
cōcupiſcentia appellatur.xv.q.j.§.vt
itaqꝫ. Qui quidem nō eſt peccatum ſed
pena peccati. ibidem.§.j.
FOrma que dat eſſe rei ſm̄ Innocē.
in Rubrica. de conſecr.eccle.vel alta.
Quid ſi omittatur forma in ſacramē-
tis. Reſpon. ꝙ nihil fit. j.q.j.qui perfectionē. 1
in glo.
FOrnicatio ē oīs illicitus coitus. vt
xxxij.q.ij.§.q̄ ḡ. ⁊ in.c.meretrices. ea.
cā.q.iiij. Sꝫ ꝓprie fornicatio ē iordia
tꝰ ꝯcubitꝰ naturalr̄ q̄ ſolutꝰ ſolutā naturali vſu
cogſcit. Et intelligiť ſolutus q̄libet vinculo.ſ.

coniugñ. cōſanguinitatis. affinitatis. ordinis
religiōis ſeu voti. etiā dr̄ naturalis ad dn̄iam
illius vſus qui dicit̄ ꝯ naturam. vt no. in. d. c.
meretrices. Et ſic ē ꝓpria ſpecies luxurie. vi-
1 de. j. Luxuria. §. ij.
¶ Quid de clerico fornicatore. vide. s. Cle-
ricus. v. ꝛ. viij. §. iiij.
2 ¶ Vtrū accedētes ad meretrices excuſentur
ꝓpter ignorātiā neſciētes eē ꝓhibitum. R. ꝙ
nō. imo peccāt mortalit̄ accedēdo. ꝛ totiēs q-
tiēs qꝛ ignorātia iuris naturalis ꝛ diuini in
tali caſu claro neminē excuſat. j. q. iiij. ꝑ totum
Item peccat mortalit̄ ſi quis inducit aliquē
ād eas qui hoc nō intēdebat. de pe. diſ. j. noli.
ꝛ. ij. q. j. notum.
3 ¶ Que differētia ē int̄ fornicationē ꝓprie. in-
ceſtū. ſtuprum. ꝛc̄. vide. j. Luxuria. §. ij.

Fortitudo vera eſt ꝑ quam quis me
diocriter timet ꝛ audet ad hoc īclina
tus ex habitu propter bonū finē qui ē
cōſeruatio boni cōis in ꝑiculis mortis. vt eli-
citur a philoſopho. iij. ethi. Eſt aūt fortitudo
vt ibidē dr̄ circa timores ꝛ audacias quaſi co
habitiua timoꝝ ꝛ moderatiua audaciaꝝ et q-
dē circa timores ꝑiculoꝝ mortis eſt fortitudo
ſimplr̄ circa ꝯo alia ē fortitudo ſm qd. Act⁹ ei
fortitudinis ꝑncipalior ē ſubſtinere. i. immo-
biliter ſiſtere ī ꝑiculis ꝙ̄ aggredi. qꝛ. iij. ethi.
in ſubſtinēdo triſtia maxīe dicūt̄ aliq̄ fortes.
¶ Vtrum homo teneatur ſubſtinere mortem
vide. s. caritas. §. v.

Forus eſt exercendarū litium locus
a fando dictus. c. forus. de verbo. ſig.
1 Quomodo ſortitur quis foꝝ. R. ñ. gl.
in. c. j. iij. q. vj. ꝑ iſtos verſus. Contractus cri-
men reus res religioq́ȝ. Vir ratio ſimilis vel
prouocat atq̄ȝ recuſat. Excedit iuſſus vel ſi cō
ſentit vterq́ȝ. Et ibi vide expoſitionem cū alle
gationibus.

Fratres quomodo diuidūt acquiſi-
ta per aliquem ipoꝝ. vide. j. Peculiū.
Fraus non poteſt eſſe ſine dolo. ſȝ be
ne dolus ſine fraude. Ideo fraudi ineſt dolus
ſicut ſpecies generi. Ita dicit Pa. in. c. ex te-
nore. de reſcrip.
1 ¶ Fraus ꝛ dolus nemini dȝ patrocinari tex.
eſt in. d. c. ex tenore. facit. xvj. q. vj. c. j. xx. q. iij.
cōſtituit. xxx. q. j. dictum eſt.
2 ¶ Fraus legi fit aliqñ de perſona ad ꝑſonā. ſi-
cut qñ mulier vult donare viro ꝛ ecōuerſo. cū
non poſſit. vt de dona. int̄ vi. ꝛ vxo. c. vl. ſuppo
nit aliā ꝑſonaȝ. puta ꝙ ſoluat eius creditori.
vt. ff. de do. inter vi. ꝛ vxo. l. hec rō. §. vlti. Si-
militer tutor q̄ nō pōt emere rē pupilli īterpo
nit aliā ꝑſonā q̄ emat. Aliqñ fit rei ad rē. ſicut
cū q̄s dat frumentū filioſa. vel ſimile vt vēdat
ꝓ eo ꝙ pecuniā mutuo dare nō pt̄. l. iiij. §. j. ff.
ad mace. qꝛ idē ē ac ſi mutuaret. ar. xiiij. q. iij.
plerūq̄ȝ. j. q. j. ſunt nōnulli. Aliqñ fit vnius con
tractus ad aliū ꝯtū ꝯriū. vt cū vxor vendit vi
ro ꝙ donare intēdit. l. ſi ſpōſus. ff. de do. inter
vi. ꝛ vxo. ar. xvj. q. iij. ſi ſacerdotes. Aliqñ fit
vni⁹ ꝯtus ad aliū ꝯtū ſilem. vt cū mulier q̄ ſi
de iubere nō pt̄. facit ſe ꝑncipalē debitricē. l. q-
uis. §. ſi cū eem. ff. ad vel. ꝛ. l. ſe. Et oēs tales ꝑ
uaricāt̄ legē ꝛ in cōſpectu dei nō excuſant̄. fac
qd̄ no. in. c. intelligētia. de ꝟb. ſi. ꝛ in. c. q̄nto.
de priui. ꝛ in. c. ꝯſtitutus. de conceſ. preben.
¶ Fraudare nemo videt̄ eos qui ſciūt ꝛ cōſen 5
tiūt. ff. de reg. iur. l. nemo.
¶ Fraudē vr̄ facere ei is q̄ nō facit qd̄ dȝ face 4
re. ff. de his q̄ ī frau. cre. l. in fraudem.

Frigiditas quomodo īpediat ma-
trimoniū. vide. j. matrimonium. iij. im
pedimento. xvj.
Fructus ſm Bar. in. l. ex diuerſo. ff.
de rei ven. Quidā ſunt naturales. vt
poma ꝛ hmōi. q̄ natura producit ꝛ ſi-
cut ꝓducit vtimur. Aliꝗ ſunt ꝑtim naturales.
ꝑtim induſtriales. vt lac. lana. ſegetes. vinū ꝛ
hmōi. qui naturales ſunt inquātum a natura.
ꝛ induſtriales inquātū in aliā ſpeciē ex indu-
ſtria ipis vtimur. In. d. l. ex diuerſo. ꝛ. l. cer-
tū. C. de rei vē. cōiter dr̄ ꝙ relinq̄tur arbitrio
boni viri an ſint naturales vl̄ induſtriales. vt
ſi pl⁹ verſat̄ de īduſtria hoīm dicāt̄ īduſtriales
vt de vino. lana. caſeo. et hmōi. ar. l. q̄rit̄. ff. de
ſta ho. iij. q. iij. hermofrodita. Si ꝟo mag̃ de
natura dicāt̄ naturales. Aliꝗ ſolū ſunt īduſtri
ales. ſicut fruct⁹ q̄ acq̄rūtur ex artificio vel ne
gociatione ꝛ hmōi. q̄ alio mō dicūt̄ ciuiles eo
ꝙ nō ꝓueniāt ex re ſed ex prouiſione hoīs ꝑ-
cipiūtur ꝓpter rem. vt eſt penſio dom⁹ ꝛ hmōi
vt in. l. ſi naues. ff. de rei ven. ꝛ. l. domū. C. eo.
ti. Et iſtoꝝ quidā ſunt honeſte ꝑceptoꝝ q̄dam
inhoneſte. vt ſi locaui domū ad exercēdū q̄ſtū
inhoneſtū. l. ancillaꝝ. ff. de peti. here.
¶ Vtrū bone fidei poſſeſſor faciat fructus rei 1
quaȝ bona fide poſſidet ſuos. R. vt colligo ex
c. grauis. de re. ſpo. ꝛ. d. l. ex diuerſo. cū ibi no.
qꝛ lōga ē diſtinctio doc. q̄ ad foꝝ ꝯtētioſū eā
omitto ꝛ ſolū dico quo ad obligationem reſtō
nis in cōſcia ꝙ oēs fructus tā naturales ꝙ̄ in
duſtriales. ſiue poſſideat cū titl̄o. ſiue ſine titu
lo tenet̄ reſtituere ſi extāt. ſi ꝟo ꝯſumpſit tene
tur ſolū reſtituere inquātū fact⁹ ē locupletior.

puta q2 in eā rem expendit in quā oportuiſſet
expēdere tantū de ſuo. vel aliq̄ emit ex q̄bꝰ am
pliauit pr̄imoniuꝫ ſuū. facit. d. l. certum. ⁊. l. ſi
me ⁊ titiū. ff. ſi cer. pe. Uerūtn̄ diminuet d̄ fru
ctibus induſtrialibꝰ quātū induſtria ſua ē ex
timāda in dcō negocio exercitata in vtilitatē
ſeu augmētū dictoꝝ fructuū accipiēdoꝝ q2 ne
mo militat ſtipēdijs ſuis. Si xpo n̄ ē factꝰ locu
pletior nō tenet̄ de cōſumptis. ff. de peti. he. l.
vtrū ex dolo non deſit poſſidere.

2 ¶ Utrū p̄fati bone fidei poſſeſſores poſſint vſu
capere fructꝰ p̄dictos. R n̄. Pa. i. d. c. grauis.
ꝙ fructꝰ naturales indubitabilit̄ vſucapiūt ꝑ
trienniū. vt no. i. l. ſeq̄tur. §. j. ff. de vſuca. facit
l. i bello. §. ſi q̄s ſeruū. ff. de cap. Alios aūt cuꝫ
fecerit ſuos nō p̄t vſucapere. q2 q̄d meū ē vſu
capē nō poſſum. d. l. i bello. ⁊ vr̄ tex. in. d. l. ſeq̄
tur. §. lana. Sꝫ bn̄ vſucapit aduerſus iudicis
officiū ꝑ q̄d tenebat̄ reſtituere. q2 poſſuꝫ p̄ſcri
bere rem meā aduerſus actionē qua poteram
cogi ad reſtōem eius. vt ē tex. in. d. §. ſi q̄s ſer
uū. Et h̄ voluerūt gl. ⁊ bar. in. d. l. ſequit̄. in. §.
fructus. Et ſic pꝫ ꝙ in cōſcia poſt trienniū bo
na fide trāſactū erūt ſui oēs q̄litercūq3. nec te
netur reſtituere. De poſſeſſore male fidei quō
teneat̄. vide. j. Reſtō. j. in ꝟ. poſſeſſor.

3 ¶ Sꝫ no. ꝙ fructus ſunt illi qui ſupſunt dedu
ctis expēſis q̄ fiūt gr̄a fructuū q̄rendoꝝ cōgre
gandoꝝ. ⁊ conſeruandorū. ff. de pe. here. l. ſi a
dn̄o vel patre. §. fructus. ⁊. l. plane. in fi. ⁊. ff.
de fruc. ⁊ li. ex. l. j. vbi dr̄ hoc fructuuꝫ nomine
continetur q̄d iuſtis ſumptibus deductis ſup
eſt. Nam nullus caſus interuenire poteſt qui
hoc genus deductionis īpedire poſſit. ff. fam.
her. l. fundus q̄. j. r̄n̄ſo. ff. ſo. ma. l. fructus. Un̄
fructus intelligit̄ deductis neceſſarijs impen
ſis. ff. de oper. ſer. l. fructus. ff. de vſur. l. q̄d in
fructus. ⁊. ff. man. l. qui mutuā. in fi. ⁊ in gl. d.
c. grauis. ⁊ vide. s. Expenſe. §. iij. Unde dicit
tex. in. §. fructus. intelliguntur deductis expen
ſis que querendoꝝ. collocandoꝝ. et conſeruan
dorum eoꝝ gratia fiūt. ⁊ nō ſolū in bone fidei
poſſeſſoribus naturalis rō expoſtulat verū eti
am in predonibus. hec ille.

Fugere an poſſit prelatus pro perſe
cutione. vide. s. Epiſcopus. §. xxiij.

1 Utrum incarceratus pro delicto ſuo
poſſit fugere. R n̄. ſi tenetur iniuſte. eſt clarum
ꝙ ſic. Si vero tenetur legitime. tūc diſtinguo
ꝙ aut tenetur non propter mortem inferēdaꝫ
vel aliq̄d mēbrū abſcindēdū. ſed ꝓpter aliud
puta ad punitōem ⁊ hmōi. ⁊ ſic nō lꝫ. facit q̄d
no. glo. in. c. ius gentiū. diſt. j. Si xpo tenet̄ ad
mortem vel abſciſionem membri. tūc ſm dn̄m
Anto. ſi peccatū ē manifeſtū peccat fugiendo
ſi fugit vt i peccato ꝑſeueret. Si xpo vt penite
at non. tn̄ ſi fugit nō tenet̄ ſe reſtituere. Secus
ſi occultū. q2 poteſt fugere. Nam nullo iure cā
uet̄ ꝙ debeam expectare mortē niſi violentia
alicui fieret in fugiēdo. q2 tūc haberet iniuſtū
bellū. Idē dico de concordantibus cū eo vel
auxiliantibus. dummō fiat ſine violentia ali
cuius ⁊ animo cōpaſſionis. nō animo fouēdi
tales in peccatis ⁊ ſine ſcandalo alicuius ma
xime cuſtodis. nec diſtinguo vtrū ſententia vl̄
nō. ꝙ qualitercūq3 ſit credo fugere poſſit ſi bo
no mō vt dixi pōt facere. facit gl. in. c. inter ce
tera. §. ſed cuꝫ his. xxij. q. iiij. in fi. q̄ dicit ꝙ lꝫ
reo corrūpere aliquē ꝓ vita cōſeruāda. fac. ij.
q. iij. §. notandū. in fi. facit. l. j. ff. de bo. eorū q̄
mor. ſibi cōſci. vbi dicit tex. Ignoſcenduꝫ ē
fuerūt ei q̄ ſanguinem ſuū qualitercūq3 redē
ptū voluit. ⁊. l. Cho. ſe. ſe. q. lxix. dicit ꝙ ſi q̄s
eſſet damnatus vt fame periret poſſet cibū ſu
mere. immo videtur tenere ꝙ tenetur ſi poteſt
ipm ſumere. Similiter dic de fuga. ſed ꝙ tene
atur non credo neq3 comedere vltra cōdemna
tionem vel fugere. ſed poſſet patienter ferre ꝓ
peccati ſui ſatiſfactione. 2

¶ Quid de eo q̄ querit̄ vt capiat̄ an poſſit fu
gere. R n̄. ꝙ ſiue ſententia contra euꝫ data ſit
vel non poteſt fugere. non tamen cū violentia
officialiū qui vellent eū capere. q2 ipſi habent
iuſtū bellū contra eum. ij. q. v. non putes. xj.
q. iij. qui reſiſtit. ⁊ ſic eos impugnando morta
liter peccaret. Similiter auxiliantes.

Funus debet fieri in ſumptibus ſm
dignitatem vel facultatem defuncti. l.
ſi quis ſepulchrū. §. ſumptus. ff. de re
li. ⁊ ſumpti. fu.

¶ Funeris impenſa ſemꝑ ex hereditate dedu 1
citur que etiam oīe creditū ſolet p̄cedere cum
bona ſoluendo nō ſunt. l. funeris. cuꝫ duabus
ll. ſe. ff. de reli. ⁊ ſum. fu. Hoc limita in ſumpti
bus neceſſarijs nō ad pompam vel ſtatum. q2
non liceret ex alijs debito in conſcientia.

¶ De ſuo expedit mortuū funerari. Ideo mu 2
lier de dote quaſi de proprio pr̄imonio funere
tur. l. in eum. ff. de reli. ⁊ ſump. fu.

Furioſus an poſſit in aliquo caſu ſe
obligare. R n̄. i. c. ſicut tenor. de regu.
ꝙ non. cum non conſentiat. Un̄ no. ꝙ
etiam bene faciendo non preſumitur ſane mē
tis. Ex quo infero ꝙ lꝫ faciat teſtm̄ tanq̄ q̄li
bet mētis cōpos nō valet. Idē vr̄ ſi daret bō
na ſua ꝓ aīa. facit. c. fi. de ſuc. ab inte.

¶ Utrũ poſſit baptiſari. Uide. s. Baptiſm⁹. vj. §. x.
2 ¶ Utrum debeat ei⁹ dari corpus xp̃i. vide. s. Euchariſtia. iij. §. xiiij.
¶ Utrũ imputet̃ ſibi illud qđ facit ad penam vel culpã. R. q̃ nõ. facit de. ſi furioſus. de homici. nam ſatis ſuo furore punit̃. ff. ad. l. põ. de pari. l. pe. in fi. ff. de offi. preſi. l. diuus. j. rñſo. Pati etiã põt iniuriã. ſed nõ facere. ff. de iiur. l. illud relatũ. q̃ lex ponit̃ in. c. illud. xv. q. j. vñ qđ facit ꝑinde ac ſi ſine facto ꝑſone accidiſſet ff. de admi. tu. l. vlti. in fi.

Furtum proprie ẽ ↄtrectatio rei aliene mobilis corꝑalis fraudulosa inuito dño facta aĩo lucrandi. ſiue ipſius rei. ſiue
1 poſſeſſionis. ff. eo. l. j.
¶ In quo differt fur a latrone. R. Pa. i. c. ij. de fur. q̃ fur ꝓprie dr̃ q̃ de nocte furat̃. Latro aũt q̃ de die. facit. d. l. j. q̃ dicit q̃ fur dr̃ a furno. i. nigro. eo q̃ obſcure ⁊ ď nocte plerũq; fit. Uar. ↄo in aut̃e. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. dicit q̃ fur dr̃ qui furat̃ clam ſine aggreſſura. Latro ↄo cũ aggreſſura. ſiue cũ armis. ſiue ſine. vt in. d. aut̃e. ſed nouo. Capiũtur tamen ſepe equiuoce. vt in. c. tua. de homi.
¶ Utrũ ſola volũtas conſtituat aliquẽ furẽ.
2 R. q̃ nõ. quo ad hoĩes. vt p3 in. d. l. j. §. j. ⁊ iõ oportet ſit ↄtrectatio. Secus q̃ ad deũ. de pe. di. j. vulgaris. ⁊. c. ꝓpterea. xiiij. q. vlti. c. vlti. q2 ↄ̃ ꝑceptũ. Non concupiſces rem ꝓximi tui. ⁊ eſt mortale peccatum cũ limitatione ſm q̃. j. dico furtũ mortale eſſe. §. xxxiiij.
3 ¶ Utrũ in re ꝓpria poſſit eẽ furtũ. Rñ. q̃ nõ. niſi ali⁹ hr̃et ĩ ea aliqđ ius puta q2 ĩpignorata vel comodata ⁊ hmõi. vt. ff. e. l. ſi res. §. j. ⁊. l. ſi is qui rẽ. in fi. ꝓpterea dr̃ rei aliene. Idẽ dic ſi credebat ſuã l3 non eſſet q̃ nõ cõmittit furtũ. inſti. vi bo. rap. §. q2 tamen. ſed quo ad peccatũ ſic propter erroneã cõſcientiam.
4 ¶ Utrũ in re immobili. puta in agro ⁊ hmõi. vel non corꝑali. vt ſunt actiones ⁊ ſeruitutes cõmittat̃ furtũ. Rñ. q̃ nõ. ff. e. l. ve3. j. rñſo. ꝓpterea dr̃ mobilis corꝑalis.
¶ Utrũ ſine animo furandi cõmittat̃ furtum
5 Rñ. q̃ nõ. vt. l. furtũ. ff. de vſuca. in pn. ⁊ inſti. de ob. q̃ ex quaſi delic. na. §. furtũ aũt fit. xiiij. q. vj. c. vlti. ⁊. d. §. quia tamen. propterea dicitur fraudulosa.
¶ Sed quid ſi credebat ꝓpria auctoritate re3
6 ſuam poſſe accipe. Rñ. q̃ furtũ nõ cõmittit l3 ꝑdit ius qđ habebat in re. d. §. q2 tamẽ. ⁊. §. ſe. Et hoc de iure fori. ſecus de iure poli.
7 ¶ Quid ſi credit dñm ꝑmiſſurũ. R. q̃ nõ cõmittit furtum. ff. e. l. ſi is qui rem. Intellige ſi ſuberat cauſa legitima credendi alr̃s non.
¶ Quid ſi dominus videt ⁊ non contradicit.
Rñ. q̃ ſi non contradicit ex timore vel verecũdia ꝑinde eſt ac ſi cõtradiceret. l. pe. ff. e. al̃s videtur conſentire. lxxxiij. di. error. Fallit hoc in caſu. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. vbi perſuadens ſeruo vt tollat rem a domino. licet ſeruus eam tollat domino ſciente. tamen talis tenet̃ furti ⁊ ſerui corrupti. 8
¶ Utrũ rapiẽs ancillã animo fornicandi ſit
fur. Rñ. q̃ nõ. l. ve3. la. ij. al̃s incipit certu3. ff. eo. propterea dicitur animo lucrandi. 9
¶ Utrum ille qui ſolũ vſum vel poſſeſſionem 10
vſurpat ſit fur. Rñ. q̃ ſic. l. diſ. qui ſaccũ. ff. eo. l. qui iumenta. ſicut vtẽs re depoſita vel re cõmodata ad aliũ vſum ⁊ hmõi. ⁊ tenet̃ ad reſtitutionẽ eſtimationis ip̃ius vſus.
¶ Quot ſunt ſpẽs furti. R. q̃ multe. Prima
dr̃ ſacrilegiũ. vt. j. Sacrilegiũ. Secũda dr̃ peculat⁹. ſ. de re religioſa vel publica. ff. ad. l. iul. pecu. l. j. xxiij. q. iiij. quid ergo. Tercia abigeatus. ſ. diſpergendo gregem ⁊ inde ſurando. ff. de abige. l. j. §. j. Quarta dr̃ plagiatus. ſ. hoĩs liberi venditi vel empti ſcienter. ff. de plagi. l. j. ⁊. iiij. Et eodem modo ſi ſeruũ alienũ ſollicitauerit vel aſportauerit. vel ad aliã regionem furtiue duxerit. C. de plagia. l. j. 11
¶ Nota etiam q̃ furtum aliquando dicit̃ ma 12
nifeſtum. ſ. cum fur deprehenditur cũ re priuſq̃ veniat ad locu3 deſtinatum. ſiue deprehendat̃ ab eo cuius eſt res. ſiue ab alio. ff. eo. l. iij. Aliquando dicitur non manifeſtum. ſ. cum non deprehenditur cum re furtiua. vel ſi deprehenditur cum re furtiua. iam delata ad locũ deſtinatum erat. l. ſiue igitur. ff. eo.
¶ Quot modis participat quis in furto et te
netur ad reſtitutionem ſi principalis non reſtituit. Rñ. x. modis. Primo cooperatõne. ſicut faciẽs ferramina ꝓ furtis faciendis vl̃ ſcalas vel faciens ſcortam. vel alio mõ preſtans opẽ vel conſiliũ. Nam tales tenẽtur furti. inſti. de obligatio. que ex quaſi delic. naſcũ. §. interdũ. ⁊. ff. eodem. l. is qui opem. ⁊. ff. de ſicca. l. nihil intereſt. ⁊ tenetur in ſolidum. Et ſi nihil habuit quando ſine ſua cooꝑatione non fuiſſet furatum. al̃s non niſi de peccato mortali. 13
Utrum dantes ſignũ. puta fumi quo parati ad furtum vel rapinam vadant teneantur. 14
Rñ. ſm Inno. ⁊ Ho. q̃ ſic. Similiter illi qui ↄbis animatiuis aut inſtrũs bellicis. vt ſunt tibicines. Ite3 q̃ ignẽ ponũt in vna domo. vt illuc alij currẽtes alias domos ꝑdentur ⁊ cõ

ſimilis ſm eoſdē ⁊ inſolidū reſtituere tenent
ſi al's nō fuiſſet factū ſine eoꝛū; opere ꝙ ſi fa
ctum fuiſſet ſine ipis etiā tenētur ſm ꝙ mag;
vel minus fuerunt efficaces in hoc

15 ¶ Verū illi qui cū raptoꝛibus vel furibus et
hmōi vadūt vt ipos defendant ab illis quos
dānificare volūt indebite teneant. R. Inno.
⁊ Ho. in. c. ſicut dignū. de homici. ꝙ ſic. ſiue
aſſociauerint eos vt retraherēt a rapina. ſiue
nō dūmodo raptoꝛes ſiue fures nō iuiſſent ſi
ipi eos nō aſſociaſſent. Vn̄ ſm p̄dictos tenē
tur reſtituere in cōſciencia id qđ p̄dicti rapu
erūt. vel que eoꝝ auxilio rapta fuerunt. puta
qꝛ cui rapiebant ſe defendiſſent ſi ipi nō fuiſ-
ſent vel qꝛ tales nō iuiſſent ſi eos nō aſſociaſ
ſent vel nō tantū rapuiſſent. Sic tenent qui
pacificandi animo cū eis vadunt tn̄ aduerſa-
rijs timoꝛem incutiūt quo res ſuas nō audēt
defendere niſi eiſdē hoc ſignificēt. qꝛ dāt cau
ſam efficacē. Concoꝛ. Hir. ti. reſti.

16 ¶ Verū cū multi cōcurrūt ad furādū vel ra-
piendū. nec habēt aliquē capitaneū ſeu dn̄m
ſup ſe. nec vnus magis animauit aliū q̄ꝫ alius
ipm teneant quilibet inſolidū. R. Inno. in.
d. c. ſicut dignū. ⁊ ſequit ibidem. Pa. diſtin-
guit ſic aut vnus fuit in culpa in ſubtractōne
facta p aliū aut nō. Si ſic. aut dedit cōſiliū. ⁊
ſic tenet inſolidum in ꝯſciencia. ſiue p̄ncipa-
lis inueniat. ſiue nō. ſiue damnū paſſus ꝯtra
p̄ncipalē velit agere ſiue nō. Si tn̄ p̄ncipaliſ
eēt abſolutus a dānū paſſo. tunc etiā liberat
ꝙ dedit cōſiliū. niſi ad eū aliq̄d ꝑueniſſet. qꝛ
id tenet reſtituere. Ccōtrario tn̄ ſi abſoluat
ꝯſultoꝛ n̄ liberat p̄ncipal̄ p regulā. Acceſſo
riū ꝯuenit ſequi naturā p̄ncipalis ſui. de reg.
iur. li. vi. Aut nō dedit cōſiliū ſed auxiliū. pu
ta qꝛ aſſociauit ⁊ hmōi. ⁊ ſic tenet in quātum
dānū ē plus datū ex auxilio ſuo. Et ſi in totū
puta qꝛ res erat ponderoſa ⁊ vnus ſine alio
poꝛtare nō poterat l' vnus ſine alio nō iuiſſet
vel niſi cū aſſociaſſet. tenet in totū. ff. de fur. l
ſꝫ ⁊ l. ſi q̇s ſurripuit. §. ſi duo. Et rō diuerſita-
tis ē inter dantē cōſiliū ⁊ auxiliū. qꝛ cōſiliuꝫ
vagat ſup totū furtū. Auxiliū vero nō. ſꝫ ad
id ſup quo p̄ſtat. Aut nō fuit in culpa ſubtra
ctōis rei alteri⁹. ⁊ ſic nō tenet reſtituere niſi
inquātū ipe aſpoꝛtauit. Ho. tn̄ indiſtincte tꝫ
ꝙ oēs tenent inſolidū. etiam q̄ꝫuis vnus p ſe
potuiſſet. allegat. l. ita vulneratus. §. fi. ff. ad.
l. aquil. ⁊ l. ſi plures. ff. ar. fur. ce. ⁊ l. i. §. fi. ff
ſi quis te. li. eſſe iuſ. fue. Sed iſte leges loquū
tur quo ad penā. qꝛ oēs tenēt inſolidū. vt no.
glo. in. d. l. ſi plures. Sꝫ in cōſciētia tene cū

Inno. ⁊ Pa. vbi nō habet locū pena niſi p⁹
cōdemnatōēꝫ ꝙ ſolū tenent ad reſtitutōꝫ. vt
dictum ē. Aduerte tn̄ ꝙ qn̄ plures dolo malo
dederūt dānū alicui. ſi vnus reſtituat alij libe
rati ſunt. l. ſi plures. ff. de dolo. Nec credo in
cōſciētia etiā de neceſſitate teneant. p̄mo ſa-
tiſfaciēti. qꝛ obſtat ſibi turpitudo ſua. niſi iſte
fuiſſet cā ſine qua nō induxiſſet eū ad tale q̄d
faciendū. ſed de bono cōſilio debet dari pau-
peribus ſi quid habuit.

¶ Scđo ꝑticipat iuſſione ſeu mandato ⁊ te- 17
net in ſolidū ad reſtitutōꝫ de omni dāno etiā
ſi nihil habuit vtilitatis. ⁊ ſimiliter exequēs
ar. c. iulianus. xi. q. iij.

¶ Tertio ꝯſilio. de quo dic vt. s. ꝯſiliū. §. i. 18

¶ Quarto ꝯſenſu. Intellige vt teneat ad re 19
ſtitutōꝫ ſi cōſenſit exp̄ſſo ꝯſenſu ſm Ricar. in
iiij. di. xv. ſine quo furtū non fuiſſet factū. al's
cōſentiēs ſolū moꝛtaliter peccat. ſed reſtitue
re nō tenet. Et ſic intellige ⁊ limita. ij. q. i. no-
tū. cū notatis in glo. q̄ volūt vt ꝯſentiēs liget
eadē pena. de hoc vide. s. conſenſus. §. ij.

¶ Verū ille qui audiēs aliquē ſuo nomine in 20
tuliſſe dānū primo habet ratum teneat ad re
ſtitutōem. R. Jo. ti. reſti. ꝙ ſic inſolidū. xi.
q. iij. qui cōſentit cū duobus. c. ſe. ⁊ de reſtit.
ſpo. c. cū ad ſedē. qꝛ ſm Gco. talis ē cōſenſus
interp̄tatus. Limitat tn̄ Jo. verū qn̄ ex ta-
li ratihabitōe dānificati impediunt recupe-
rare dāna. Credo ego etiā ꝙ tenet q̄ꝫuis non
impedirent recuperare. dūmodo tale damnū
nō fuiſſet datū ſi nō p̄ſūpſiſſꝫ tal' dannificās
eum ratum habere.

¶ Quinto palpādo. ſ. adulādo vel laudādo 12
eū ſubtilē. ſtrenuū ⁊ hmōi. ⁊ tenet inſolidum
ſm Ricar. vbi. s. ſi ꝓbabilit credit ꝙ ex hac
adulatōe ſunt moti ad dānificādū primū. qꝛ
talis adulatio eſt quidā cōſenſus. lxxxvi. di. c
nēo. ⁊. ff. de ſer. coꝛ. l. i. §. p ſuadere. q̄ꝫuis mo.
vbi. s. teneat hoc verū in ꝑticulari adulatoꝛe
nō in generali. tn̄ tu tene idē ſm ꝙ Ricar dic.
Idē de detractoꝛe qui ē cauſa ſine qua nō

¶ Sexto recurſu. ſ. qn̄ dānificātes hn̄t ad eū 22
recurſū ſicut ad patrociniū p̄ſtātes ſm Ric.
vbi. s. xi. q. iij. qui cōſentit peccātibus.

¶ Septimo receptatōe. Nā ſciēter receptāſ 23
re furtiuā ⁊ furē tenet furti. vt ē tex. in. l. eos
⁊ ibi Bal. C. de fur. nō tamē punietur ac ſi fur-
tū feciſſet. ſꝫ ſicut qui furto operā p̄ſtitit. Et
ita intelligit. Bar. in. l. furtum. ff. de fur. d. l.
eos. ſed quo ad reſtitutōem tenet. ſm Inno.
⁊ Ho. in. c. ſicut dignū. de homi. de omni dā-
no qđ ex receptatōe aut defenſiōe factū ē qđ

factū nō fuiſſet. Receptatōne vero rerū fura
tarū tenet̄ ſi ex ſua receptatione res q̄ furata
ē habita nō eſt a vero dn̄o.ḋ.l.eos.ar.l.q̄ vas
§.i.ff.de fur. Et hoc ſi ſciēter fecit.l.quo nau
fragiū.ff.de incen.ru.⁊ nau.§.nō tm̄. Secus
ſi ignorāter vel vt rē redderet dn̄o.qꝛ tūc non
teneretur.vt in.ḋ.§.nō tantum.
24 ¶ Sꝫ q̄d ſi iā receptauit an teneat̄ eas res re
ſtituere dn̄o. R.Sūo.reſt.v.ꝙ ſic.niſi imineat
ꝑiculū in reſtituēdo.vel latroni vel alteri ꝑſone
25 ¶ Octauo ꝑticipatōe.ſ.rei furtiue comeden
do vel alio modo ſcienter recipiēdo niſi in cā
extreme neceſſitatis.⁊ tenet̄ ad reſtitutiōem
in quātū ꝑticipauit. Et hoc verum niſi res fu
rata trāſiſſet in dominiū furis.puta qꝛ pecu/
nia ⁊ eſt mixta cū alia.vel granū.vel vinū.⁊ eſt
cū alio mixtū taliter ꝙ nullo modo poſſet di/
ſcerni ab illo cū quo eſt mixtū.qꝛ tūc tranſit
in dominiū furis.l.ſi alieni numi.ff.de ſolu.⁊
l.nā.⁊ ſi fur.ff.ſi cer.pe.⁊ in.l.ſi frumentū.in
ꝓn.ff.de rei ven.⁊ recipiēs nō tenet̄ reſtitue/
re nec peccat ſi fur ē ſoluendo.al's ſic. Secus
ſi ignoranter ⁊ in bona fide cōſumpſiſſet.nec
factus eſſet locupletior.al's ſi extat vel fact⁹
eſt locupletior poſtq̄ ſcit tenet̄ reſtituere.niſi
ſm qḋ dixi.s.fructus.§.i.⁊.ij.
26 ¶ Nono nō obuiādo.ſm Rica.vbi.s.ſ.q̄ cla
māndo vel alio modo poſſet ꝓhibere ne furtū
fiat ⁊ nō facit. Intelligo ꝙ tenet̄ qn̄ doloſe
nō ꝓhibet qn̄ nō habet ex officiō.ar.eoꝝ q̄ no.
in.c.quāte.de ſen.excō. Et ſic limita Ri.vbi
s. Secus qn̄ nō ꝓhibet ex negligētia.vel qꝛ n̄
vult ſe immiſcere rumoribus vel altero ꝑicu/
lo. Et ſic intelligo ⁊ limito glo.in.c.nō infe/
renda.xxiij.q.iij.⁊ i.c.dilecto.de.ſen.excō.li
vi.vel quādo habet ex officio.vt ſunt ꝑlati of
ficiales.tutores.⁊ huiuſmōi.qꝛ tenet̄ ar.c.fa
cientꝫ.lxxxvi.di.cū.ſy.⁊ qḋ no.i.ḋ.c.ſic dignū
⁊ tenet Bal.i.l.qn̄ iudices. C.de.ap.⁊ Dy.i
l.quoniā multa facinora. C.ad.l.iul.ḋ.vi.pu
⁊. Bal.i.l.mācipia.in ꝓn. C.de ſer.fu..q̄ plus
dicit ꝙ nō faciens reſtituere cū poſſit ex negli
gentia iudex tenet̄ ipſe. Et Sco.ſimiliter dic̄
ꝙ nō faciens reſtituere cū poſſit ex officio ⁊
debeat ꝙ tenet̄ in ſolidū. Et hoc intellige ſm
eūdē Sco.qn̄ hoc faciendo nō vergit pericu/
lum rei publice ſeu malum euidēs vel ꝓprie ꝑ
ſone.quia ſi ſic nō peccaret nec teneret̄ ad re/
ſtitutionem nō faciendo.dūmō ꝓponeret his
ceſſantibus obuiare.
27 ¶ Decimo nō manifeſtās.ſ.requiſitus ī iudi
cio vel extra tali mō ꝯpres reſtituetur ſi dice/
ret veritatē quam ſine ꝑiculo ꝓprie ꝑſone po

teſt dicere ⁊ etiā alterius ꝑſone qꝛ tenet̄ in ſo
lidum. Unde ſi in iudicio requiſitus tacet vel
nō vult reſpondere ⁊ dicere veritatē quā ſcit
ſm. Bal.in.l.preſbyteri. C.de epiſ.⁊.cle.effi
citur teſtis falſ⁹ ⁊ tenet̄ ad reſtitutionē in ſo
lidū facit qḋ nota. Pa.in.c.q̄ cū fure.de.furt
⁊. Bar.in.l.ciuili eſt. C.eo. Fallit hoc ſi ſci/
ret in cōfeſſione.c.dilectus.de exceſſi.ꝑla. 28
¶ Sed q̄ro vtrū teneat̄ ſimilit̄ reuelare furē.
R.glo.in.ḋ.c.qui cū fure.ꝙ de iure ciuili nō
tenet̄.qꝛ poteſt aliquid accipere vt indicet.ff
de.ꝑſcrip.ver.l.ſolent.ff de.cōdi.ob.tur.cau
l.iij.§.vlti.ſed de iure canonico ſic. Sed mihi
videt̄ dicendū ſm. Inno.i.ḋ.c.dilectus.⁊ in
c.q̄.cū fure.⁊ de ſy.c.nemo.⁊. Bar. Aug.⁊.
Rapha.in.ḋ.l.ciuile ē.ꝙ tā de iure canonico
q̄ ciuili ad inſtātiā partis nō tenet̄ niſi reue/
lare furtū.n̄ furē ad penā.ſꝫ iudex ex officio i
plorato vel dū ꝓcedit ꝑ inquiſitōnem genera
lem poteſt cōpellere ad īdicādū furē.ar.l.iij
⁊.l.cōgruit.ff.de.offi.ꝑſi. Et ſic recte poſſunt
epiſcopi.admonere ⁊ excōmonicare n̄ indicā
tes n̄ ſolū furtū.ſꝫ etiā fures.qꝛ ſuꝑiores te/
nēt̄ expurgare ꝓuintiā malis hoībus. Limi/
to hoc qn̄ nō imminet ꝑiculum mortis ī fure
ſm Hoſti.⁊ multomagꝭ ſibi. Et ēt limito ſm
ea q̄ dicā.j.inq̄ſitio.§.i.⁊ ij.⁊.s.denūtiatio.
§.xij. Nec obſtat ꝑdictis ſi dicat̄ ꝙ ad īſtāti
am partis tenetur quis ꝑhibere teſtimoniū ꝯ
tra furē.ar.l.nullū. C.de.teſti.qꝛ.aliud eſt in
dicare aliud ꝑhibere teſtimoniū.quia quādo
quis teſtificat̄ iā fur ē detectus ꝑ accuſatio/
nē ſꝫ n̄ ſic qn̄ īdicat.⁊ iō n̄ tenet̄ ad īſtāniā ꝑtꝭ 29
¶ Utrū inueniens rē alienā cōmittat furtū
accipiēdo eā. R. Pa.in.c.ex litteris co.ti.ꝙ
aut habebat̄ ꝓ ḋrelicta.⁊ ſic cōmittit. Aut nō
habebat̄ ꝓ derelicta ⁊ ſic cōmittit.l.falſus.§
qui alienū.ff.eo.ti.xiiij.q.v.c.ſi quid īueniſti.
⁊ c.mlti.niſi accipet aīo reddēdi dn̄o.vt.no
glo.i.ḋ.c.ſi quid. Fallit hoc ī theſauro oculto
de quo dic vt no.glo.i.dicto.c.ſi quid.⁊.vide
s.emptio.§.xxiiij.⁊.j.inuēta.per totum. 30
¶ Quid ſi n̄ īuenit̄ dn̄s cuius erat. R. Pano
vbi.s.dabit̄ pauperibus.ar.c.cū.tu.de.vſu/
ris.⁊ i.aut̄.oēs peregrini. C.eo.de.ſue. 31
¶ Utrꝫ inueniens aīal dās ſibi dānū ī ſua poſ
ſeſſione qui ipm accipit ⁊ ducit ad domū ſuā
cōmittat furtum. R.vē.ꝙ ſic.vt in l.iij.ff.eo
Sꝫ dic ꝙ ſi aīo celādi.cū dn̄o furtū cōmittit
Si vero n̄ aīo celādi. Sꝫ qꝛ ignorat cuius ſit
īcludit donec ſciat.ꝫ vt no.i.l.quitus.al's ici
pit q̄uis.ff.ad.l.aqui.nā nō licet in eo agere
aliq̄d mali.ſed dominū admonere vt ſuum re

cipiat. ⁊ de damno ſatiſfaciat. vt ibidem.
32 ¶ Utrū emēs rem furatam teneat̄ reſtituere
vide. j. reſtitutio p̄mo. in ꝟ. emens.
33 ¶ Utrū quis poſſit vſucapere in re furtiua vl̄
vi ablata cōtra dn̄m rei. R. ꝙ nō tam quo ad
furē ꝙ̄ quo ad eius heredes ⁊ etiā quo ad eū
qui emit quātūcūq̄ꝫ bona fide emerit. ſeu quo
ad quēcūq̄ꝫ quocūq̄ꝫ titulo habuerit. inſtitu.
de vſuca. §. quod autē dictū eſt. De quo tamē
dic vt. j. p̄ſcriptio. §. ix.
34 ¶ Utrū furtū ſit peccatū mortale. R. ꝙ ſic.
q̄ꝛ cōtra p̄ceptū Exo. xx. Nō furtū facies. in
quo p̄cepto nō ſolū ꝓhibet̄ furtum ꝓprie acce
ptū. vt. s. diffinitū ē. ſed etiam omnis illicita
vſurpatio rei aliene. xiiij. q. v. penale. xxxij. q.
iiij. meretrices. ⁊ quātūcūq̄ꝫ modica. vt. xiiij.
q. vlt. c. vlt. ⁊ inſti. de re. di. §. gallinaꝝ. vbi di
cit glo. ꝙ etiā in vno ouo. Nō limita q̄ ad pec
catū mortale. qn̄. ſ. volūtas etiā maiora ſub
traheret vl̄ qn̄ intēdit dare notabile nocumē
tū p̄ximo. al̄s minima accipere nō erit pecca
tū mortale. facit. c. ⁊ ſi queſtōes. de ſymo. vbi
non ꝯmittit̄ ſymonia in modico. ⁊ in. l. elegā
ter. §. vlt. ff. de dolo dr̄. Nā niſi ex magna re
ꝯnidenti calliditate nō dꝫ actio dari de do
lo. ⁊ ibi gl. dicit magna. i. vltra duos aureos.
Nō limito verū circa magnū dn̄m. ſecus cir
ca cōes pſonas q̄ꝛ vē magnū. fac ad h̄. de ꝯſe.
di. ij. c. reuera. in prin. vbi dr̄. ꝙ oēs in deſerto
mortui ſunt. cū tn̄ Caleph ⁊ ioſue ſupuixerit
35 ¶ Utrū vxor que hn̄s virū ꝓdigū celat d̄ bo
nis eius ꝯ̄ eius ꝓhibitōem vt ſibi ⁊ viro ꝓui
deat tp̄e neceſſario cōmittat furtū. R. Jod.
ꝙ nō. nec peccat nec tenet̄ obedire viro p̄ci
piēti ſibi ꝙ ei omnia tradat. q̄ꝛ ſic eſſet dare
gladiū furioſo.
36 ¶ Utrū furās ex neceſſitate peccet mortalit̄
R. Pa. in. c. quoniā. de. ſymo. ꝙ q̄dā ſūt ma
la in ſe. vt adulterare. ꝑiurare ⁊ hm̄oi. ⁊ illa
p̄textu paup̄tatis nō ſunt cōmittenda. vn̄ in
ip̄is hꝫ locum illud. c. ita ne. xxxij. q. v. ⁊. c. ſa
cris. de his que vi. me. cā fi. ꝙ potius dꝫ quis
q̄libet mala tolerare ꝙ̄ malo conſentire. nec
ignoſcit̄ p̄textu paup̄tatis ſi talia cōmittant̄
l. palā. §. nō ē. ff. de ri. nup. vbi dr̄. Nō ē igno
ſcendū ei qui obtētu paup̄tatis turpiſſimā vi
tā egit. Quedā ſunt mala q̄ tamen neceſſitas
excuſat vt furtuꝫ. q̄ꝛ tp̄e neceſſitatis oīa ſunt
cōmunia. xlvij. di. ſicut hi. Et ideo non ꝯmit
tit furtū nec peccat mortaliter qui tp̄e extre
me neceſſitatis cibū vel veſtitū ⁊ hm̄oi fura t̄
vt nō pereat eo ꝙ nō ꝯtractat rē inuito dn̄o.
facit. c. diſcipulos. de ꝯſe. di. v. Si vero nō ē
neceſſitas extrema. ſed magna excuſat̄ à tāto
ſed nō a toto. Et ſic intellige. c. ſi quis. eo. ti.
Poſſet etiā excuſari a toto qn̄ ille a quo acci
pit habūdat vt dicā in ſe. §.
¶ Sꝫ nūquid tenet̄ reſtituere talis ſi venerit
ad pinguiorē fortunā. R. ꝙ ſi neceſſitas fuit 37
magna ſolū. ſic nō tenet̄ p̄ciſe reſtituere. ſꝫ vl̄
reſtituere ſi pōt comode ſine magna inedia.
vel qn̄ nō excuſat a toto penitere tres hebdo
madas. vt. in. d. ca. ſiquis. Et iſta extimatio
relinquitur arbitrio boni viri qn̄ debeat dici
magna vl̄ n̄. Si ꝟo ē extrema n̄ tenet̄ reſtitue
re q̄ꝛ de iure ſuū factū ē. Poſſet etiā dici ꝙ li
cet aliquis nō ſit in extrema neceſſitate ꝙ ſi
ne peccato ⁊ obligatōe ad reſtituēdū p̄t occul
te ⁊ bono modo accipere rē alterius qn̄. ſ. ille
ita habūdat. ⁊ iſte taliter neceſſitat̄ ꝙ de p̄ce
pto ſibi tenet̄ ſubuenire qd̄ qn̄ ſit. vide. s. ele
moſyna. §. i. Nō no. Et qd̄ dixi licere exiſtēti
in extrema neceſſitate dic etiā licere alteri ꝓ
eo facienti. qui alio modo ꝓuidere nō p̄t ſm̄. ſ
Tho. Limita tn̄ iſta vera niſi ille cui furatus
eſt eſſet in equali neceſſitate. q̄ꝛ ſic nō liceret
⁊ reſtituere tenet̄ ſi abſtulit. De quo vide. j.
reſtitutio. iij. §. iij.
¶ Utrū cōmittat furtū ⁊ peccet qui xp̄ianos 38
captos ab infidelibꝰ furat ⁊ liberat. R. ꝙ nō
q̄ꝛ nullo modo poterāt eos habere captiuos.
vt. C. ne in. xp̄i. man. ha. vel in rubro ⁊ nigro.
Et ideo cū iniurioſe eos teneant nō peccat q̄
eos liberat. Similiter dicēdū eſſet de eo qui
liberat detentū iniuſte a xp̄iano. facit qd̄ no.
xxiij. q. ij. dominus.
¶ Sꝫ nūquid liceat res infideliuꝫ capere. R. 39
ꝙ ſi eſſet indictū bellum contra eos liceret. d
c. dn̄s. al̄s nō. ſicut nec a xp̄iano.
¶ Utrum ille qui nō p̄t habere ſibi debituꝫ 40
poſſit fortiue ſibi ſatiſfacere. R. ꝙ ſic. l. ſi nō
fortē. in prin. ff. de condi. inde. ar. de or. co. c.
cū dilecti. immo dolus cū dolo cōpenſari de
bet. l. ſi duo. ff. d̄ dolo. ⁊ paria delicta mutua
cōpenſatōe tollūtur. c. intelleximus. d̄ adul.
cū concordā. ſuis. Et hoc verū credo ſi nullū
iſtoꝝ. iiij. concurrūt. Primuꝫ ꝙ poſſit iudice
ſententiāte ſuū rehabere. q̄ꝛ nemo debet ſibi
iuſdicere. Scdm̄ ſcandalū ſui vl̄ p̄ximi inno
cētis cuius forte cuſtodie erat res cōmēdata
Terciū p̄iculuꝫ mortis corporalis vel alterius
leſiōis magne. Quartū p̄iculū mortalis pec
cati. ſ. ꝑiurij ⁊ hm̄oi. q̄ꝛ aliquo iſtorum inter
ueniente nō licet. immo ſi accepit ⁊ imminet
p̄iculū aliquod iſtoꝝ triū poſtremo dictoꝝ te
net̄ reſtituere. ar. ca. cum ex iniuncto. §. ſuper

quoq̧ de no. ope. nũ. Cõcordat Pa. in. c. oli
el. i. de reſti. ſpoli. Ubi addit ſm Inno. ꝙ q̃n
quis nõ hꝫ copiã ſupioris pt ꝓpria auctorita
te ſibi ius dicere. ar. c. ꝑ venerabilẽ. qui fi. ſũt
leg. ⁊ bona glo. in. §. ius gentiũ. di. i.
41 ¶ Sꝫ quid ſi epũs vl̃ alius platus pcipit ſub
pena excõicatõis ꝙ qui habuit aliquid de re
bus talis teneaẗ reſtituere ⁊c̃. Nũquid talis
qui ſibi furtiue ſatiſfecit teneaẗ. R. ꝙ nõ. qꝛ
ex quo licite pt ſibi in recõpenſatõem detine
re iam ſuũ eſt factũ. nec amplius eſt alterius
nec etiã ſi diceret in ſentẽtia. ꝙ etiã qui ani
mo recõpenſandi. vel qualitercũq̧. qꝛ tũc ſen
tentia ꝯtinet expſſe intolerabilẽ errorẽ. Et
ideo nõ tenet nec ſimiliter ligaẗ qui nõ reue
lat quãdo ſcit talẽ retinere animo recõpẽſan
di certus de debito ꝙ talis dꝫ habere. ſecus ſi
nõ ſit certus ꝙ talis debeat habere. qꝛ lꝫ ipſe
dicat. nõ credo excuſareẗ nõ reuelando. quia
multe fraudes aliter poſſent fieri. Quomodo
teneaẗ reuelare ⁊ q̃n. vide. s. denũciatõ. §. xij
42 ¶ Utrũ liceat accipere rẽ meã apud aliũ de
poſitã. R. ꝙ nõ. l. ſi quis. C. depo. nec etiaꝫ ſi
eſſet comodata. l. ptextu. C. como. in ꝯſcien
tia tñ licet ſi comodatario vl̃ dpoſitario nul
lũ dãnũ pt euenire ſm Uldericũ. ⁊ Ho. alle
gat. l. bona fides. §. i. ff. depo.
43 ¶ Utrum liceat furari vt faciat elemoſynas
R. ꝙ nõ. xiiij. q. v. c. forte aliquis cogitat. im
mo teneẗ reſtituere ſi fecit ⁊ q̃uis ſit vſurariꝰ
cui furaẗ. tñ nõ licet niſi faceret ꝓ exiſtenti in
neceſſitate ſm qd̃ dictũ ẽ. s. §. xxxvij.
44 ¶ Utrũ ſi res furata pereat libereẗ fur a re
ſtitutõe. R. ꝙ nõ. qꝛ fur ſicut ⁊ quilibet alius
malefidei poſſeſſor ſemꝑ ẽ in mora. vñ ſi dete
rioraẗ etiã teneẗ ſm eã extimatõem in q̃ meli
us valuiſſet apud dñm tpe poſtq̃ eã accepit.
Facit. c. grauis. ⁊ qd̃ ibi no. in glo. d reſt. ſpo.
⁊. l. in re furtiua. ff. d cõdi. fur. ⁊ in. l. nauis. §.
generaliter. ff. de re. ven. Excipiẗ caſus q̃n rẽ
domino loco ⁊ tpe obtulit ⁊ ipẽ recipere re
cuſauit. qꝛ purgauit morã. d. l. in re furtiua
nec teneẗ ſi perierit vel deteriorata fuerit. l.
vlti. C. de condi. fur.
45 ¶ Utrũ teneaẗ fur ad reſtitutõꝫ fructuũ rei
R. ꝙ ſic. nõ ſolũ ꝑceptos ſed etiã ꝑcipiẽdos
a vero dño ſeu quos ꝑcepiſſet. d. c. grauis. et
d. l. in re furtiua. §. ſi ex cauſa.
46 ¶ Utrũ fur poſſit repetere ſeu retinere expẽ
ſas quas fecit in re furtiua. R. ꝙ non. niſi vt
dictũ eſt. s. expenſe. §. iij.
47 ¶ Utrũ filiuſfamilias vel vxor religioſus ⁊
hmõi poſſint ꝯ volũtatẽ patriſfamil. vel mari
ti ⁊ hmõi reſtituere rẽ furatã ab eis. R. ꝙ ſi
res extat apud eos ꝙ teneneẗ. l. in ciuilẽ rem.
C. de furtis. Qd̃ intellige ſm qd̃ dictũ ẽ. s. §.
xxiiij. ſi ſine periculo fieri pt. ſi vero nõ extat
ſed ẽ cõſumpta vl̃ alienata. tũc ſi pciũ vl̃ res
ẽ verſũ in vtilitatẽ dñi vl̃ mariti pt bono mo
do de bonis dñi vl̃ mariti reſtituere etiam co
ꝯdicẽte. Et voco hic vtilitatẽ dñi etiã ſi ſeve
ſtiuit vel calciauit ſm cõueniẽtiã ſui ſtatus ⁊
hmõi. Si vero expẽdit inutiliẗ. vtputa in va
nitatibus ⁊ hmõi. nõ pt cõtra voluntatẽ dñi
reſtituere niſi habeat vltra dotẽ vl̃ peculium
caſtrẽſe vl̃ quaſi ꝯcor. ⁊ hmõi aẗ. reſtõ. q̃.
¶ Sꝫ quid ſi maritus ipẽ furatus ẽ vl̃ pater 48
poterit ne vxor vel filius reſtituere cõtra ſuã
volũtatẽ. R. ꝙ ſic. ſi res ẽ i eiꝰ poteſtate. d. l.
in ciuilẽ rẽ. ſed ſi ẽ in poteſtate patris vel ma
riti nõ. Si tñ facerẽt bona fide nõ peccarent
mortaliter qꝛ nõ ꝯmittũt furtũ cũ nõ ſit frau
duloſa nec animo lucrãdi. ꝯcor. Rod. ⁊ Io.
xiiij. q. v. c. vltimo.
¶ Utrũ actio furti deẗ contra quẽcũq̧ furẽ. 49
R. ꝙ ſic. facit. l. impuberẽ. ff. eo. Intellige ſi
ẽ doli capax. Itẽ nõ ſolũ ꝯ furẽ. ſed cõtra eũ
qui dedit opẽ vel cõſiliũ. l. is qui rẽ pignori.
§. ſi tu. ff. eo. Fallit in patre ꝯ filiũ. ⁊ econtra
rio. ⁊ in vxore contra maritũ. ⁊ ecõtrario cõ
ſtãte matrimonio. ſꝫ daẗ eis actio reꝝ ãmota
rũ. l. ſi quis vxori. ff. eo. ⁊. l. fi. C. eo. ti.
¶ Que pena furis. R. ꝙ ſi agatur criminali 50
ter pena ẽ vt fuſtigeẗ vl̃ vt exulet vl̃ alio mo
do puniaẗ arbitrio iudicis. nõ tñ vt occidaẗ
vl̃ d mẽbreẗ. vt. C. de ſer. fu. auẗ. ſꝫ nouo iure
Et hoc veꝝ ſi ẽ ſimplex latro. ſecus ſi cum ar
mis ſine violẽter aggrediẗ in domibꝰ vl̃ in iti
nere vl̃ in mari. vel ſi palã ſurripit. qꝛ tũc ſu
ſpendiẗ. l. capitaliũ. §. craſſatores. ⁊. §. famo
ſos. ff. de penis. Sꝫ q̃d de cõſuetudine qua ſu
ſpẽdunẗ oẽs latrones. quãtũcunq̧ ſimplices
ſi vltra certã ſummã furati fuerũt. Ray. tꝫ ꝙ
neceſſitas pacis cõmunis ⁊ frequẽs incorri
gibilitas hꝰ malicie hominũ facit rõabilẽ di
ctã ꝯſuetudinẽ. Si vero agaẗ ciuiliẗ. tũc ſi eſt
manifeſtũ pena q̃drupli. Si vero nõ ẽ manife
ſtũ pena dupli. vt inſti. de obli. q̃ ex delic. na.
§. pena. ⁊. §. fi. Et pt hec pena peti etiã pꝰ an
nũ ⁊ imppetuũ. Inſti. d. ꝑpe. ⁊ tpa. ac. §. fur
ti. Et lꝫ pmo egerit criminaliẗ. poterit iteruꝫ
agere ciuiliẗ ⁊ econtrario. C. q̃n ciui. ac. piu
cri. l. vnica. ⁊. l. fi. ff. e. ti. An aũt hꝫ pena in cõ
ſciẽtia ſit ſoluẽda. dic ꝙ nõ. vide. j. lex. §. iiij.
¶ Utrum fur poſſit occidi a ꝑuato. vide ho 51
micidium. i. §. v.

¶ Vtrū fur ſit excōicatus qui furatᷣ calices paramenta ⁊ hmōi ſacra. R. Pa. in. c. ex literis. eo. ti. ꝙ nō. niſi cū furto ſiᷣ fregerit hoſtia eccleſie vel armaria vl̄ feneſtras ⁊ hmōi facit. c. ꝯqueſtꝰ. de fo. ꝯpe. ⁊. c. ꝯqueſti. ꝺ ſen. excō. ⁊ qꝺ ibi no. vide excōicatio. v. caſu. vi.

¶ Vtrū fur qui ſuſpēditᷣ ſit ſepeliēdus in cimiterio. R. Pa. in. c. ij. eo. ti. ꝙ ſic ⁊ oēs aliꝗ ꝗ ꝓpter ſua delicta vita puātᷣ. ⁊ etiā omnia alia ſacramēta miniſtrāda ſi peniteāt de peccato vt ē tex. in. c. fi. xiij. q. ij. nec valet ꝯſuetudo in cōtrariū. cle. i. de pe. ⁊ re. glo. tn̄ in. d. c. fi. dicit verū quo ad ſepulturā dūmodo fiat de auctoritate ꝑncipis. allegat. ff. ꝺ cadaue. puni. l. i. ⁊ bene. nec cle. loquitᷣ niſi de ſacramentis reprobans ꝯtriā conſuetudinem.

Generalis clauſula cōtinet oīa niſi cōtraria mēs appareat teſtatoris. ff. de peculio. l. qui pe. legat. C. de inoffi teſta. l. ſiquādo. in glo. Nā eniꝫ videtᷣ quis generaliter cōcedere qꝺ ſpālit nō ē cōceſſurus C. que res pigno. obli. po. l. i. in glo. nec etiaꝫ maiora exꝓſſis. niſi ſpecialiter cōmittantᷣ. ff. de pecu. l. pōponius. in ꝑnc. ⁊. l. mandato

1 ¶ Generali ꝑ ſpeciale procul dubio derogatur de reſcrip. paſtoralis.

2 ¶ In generali mādato multa ſunt que nō intelligūtᷣ niſi exꝑmantᷣ de offi. le. c. i. in glo.

3 ¶ In generali locutōe ꝑſona loquēs intelligitᷣ excepta. c. petitio. in glo. de iureiur. cū cōcordantijs ibi poſitis. vn̄ ſi ꝓmiſi tibi dare aliquid cōtra omnē hominē nō teneor dare cōtra me.

Gladius nō ē reddēdus furioſo eſſecto etiā ſi iuraſſet. xxij. q. ij. ne quis arbitretᷣ. Et facit ad probādū ꝙ ex iuramēto vel voto nō tenetᷣ hō qn̄ venit ad euꝫ caſum in quo nullo modo iuraſſet vel iurare non potuiſſet.

Gloria uana. Vide vana gloria.

Gratia accipitᷣ multipliciter aliqn̄ ꝓ amore ⁊ ſic accipitᷣ in. c. i. como. aliqn̄ ꝓ cōceſſione beneficij. ſeu alicuius indulgētie vl̄ auctoritatis. ſicut cle. grē. de reſcrip. ⁊ qꝺ habetᷣ in regula. qꝺ ob gratiaꝫ. li. vi. Et intellige qn̄ ad illud beneficiū faciendū nō eſt obligatus. q꞉ qui facit id ad qꝺ ē obligatus rōne naturali nō facit gratiā. vt dicit Bal. in. c. i. §. hec ſacramēta. de pace iur. fir. in verbo ꝑ gratiā eccleſie. ⁊ facit tex. ꝓdictus ꝑ eo. ⁊. l. titius. ff. de obſeq. patro. Aliqn̄ accipitᷣ ꝓ dono ſpūſſancti. i. q. i. grā. ⁊ in cle. i. de magiſtris. i glo. ⁊ ꝑ magiſtrū in ſecundo ſen

Et hec ē duplex. ſ. gratia gratis data. Et hec ſtat cū peccato mortali. Et ē omne bonū additū naturalibus noſtris. ſicut grā ꝓdicandi ꝓphetādi. faciēdi miracula ⁊ hmōi. Alia dicitur gratū faciēs Et hec ſm̄ Ric. in. ij. di. xxvi ar. i. q. i. nō differt a charitate ſm̄ aliqd abſolutuꝫ. Et ideo idem ē realiter ꝙ charitas ſm̄ Fra. de may. in. ij. di. xxix. q꞉ que nō pn̄t ſeparari ſunt idē realiter. Sꝫ ꝑ rōnes formales reſpectiuas differūt q꞉ habent habitudines diuerſas habentes diſtinctos terminos. Charitas eniꝫ ꝺ꞉ ad obiectuꝫ. ſ. eſſentiā diuinaꝫ ſed nullus ē in gratia eſſentie diuine ſed volūtatꝭ. ⁊ ita differunt formaliter. ⁊ placet. lꝫ aliꝗ teneāt aliter. hec nūꝗꝫ pt̄ eſſe cū peccato mortali. ⁊ ſine hac nullus ſaluabitᷣ. De quo vide. ꝑ theologos in. ij. di. xxvij. ⁊. xxviij.

¶ Vtrū bānitas ꝓpter aliqꝺ delictū cuiꝰ bona ſunt ꝯfiſcata ſi a dn̄o recipiatᷣ ad grām eo ipſo ſit reſtitutus ad bona. ⁊ remiſſa ſibi culpa. R. qdā tenēt ꝙ ſic ꝓpter tex. in l. i. §. fi. ff. de queſti. vbi dicit Bart. ꝙ bānitus qn̄cunqꝫ recipitᷣ ad grām ꝑncipis videtᷣ reſtitutꝰ. Idē videtᷣ etiā ſenſiſſe in. l. fi. ff. de ſn̄iam pa. Sed ſalicetus in. d. l. fi. dānat dictū. Bar. et dicit cū Cy. ibidē ꝙ nō reſtituitᷣ. ⁊ magis placet ꝓpter. in ti. de pace cōſtā. in ꝑncipio in vbo plenitudinē grē noſtre receptus ⁊ ibi dicit Bal. ꝙ qn̄ ꝗs recipitᷣ ad plenitudinē grē ꝙ remittūtᷣ culpe ⁊ reſtituitᷣ ad fauores. Ergo qn̄ ſolū ſimpliciᷣ ad gratiam recipitᷣ nō reſtituitᷣ ⁊ merito. Facit etiā q꞉ reſcripta fiſco damnoſa in dubio ſunt reſtringēda ad minus ꝑiudiciū ar. l. ſi qn̄. C. de op. publi. ⁊ Bar. intelligēdꝰ ē qn̄ faciēs grām mādat ſn̄iam vl̄ bānū cācellari. q꞉ adducit. §. fi. ꝓdictū qꝺ no. Vide. s. donatus. §. ij. 1

¶ Vtrū grā ſcd̄o mō accepta ꝯceſſa alicui ꝑ papā expiret ꝑ mortē eiꝰ. R. qdā doc. tenent ꝙ ſi grā ꝯceſſa hꝫ annexā iuriſditōꝫ ⁊ ſit ꝯceſſa ſine lr̄is ꝙ expirat. Si vo nō hꝫ ānexam iuriſditōeꝫ. ſic nō expirat etiaꝫ ſi ſit ꝯceſſa ſolo verbo. Sꝫ Jo. an. in ꝓlogo ſup. vi. li. in nouella tꝫ ſimpliciter ꝙ nō expirat etiā ſolo verbo ꝯceſſa. Idē tꝫ archi. ibidē ⁊ eſt verius ꝑ cle. dudū. ꝺ ſepulturis. 2

¶ Quid de grā ꝯceſſa ab inferioribus pape. Vtrū expiret morte. vide indulgētia. §. vij. 3

Gradus cōſanguinitatꝭ ⁊ affinitatis quō ꝯputantᷣ. vide. j. matrimoniū. iij. impedimēto. vi. ⁊. xv.

Guerra quō ⁊ qn̄ ſit licita. vide. s. bellū

Gula ē inordinatꝰ appetitꝰ ſm̄ Aug.